Nada decimos de la heregía de los Apolinaristas condenada en el VI concilio ecuménico, por haber hablado de ella en el tomo I de esta obra, pag. 119.

Este concilio fue nacional con la asistencia de 61 obispos, entre ellos 5 metropolitanos y el otro por vicario; de estos hubo cinco, ocho abades, y el Arcipreste, Arcediano y Primicerio de Toledo, con mas diez y siete varones ilustres de oficio palatino.

CONCILIUM TOLETANUM DECIMUM QUINTUM.

Sexaginta unius episcoporum, habitum anno primo serenissimi et orthodoxi Egicanis principis, sub die V iduum Mayarum, era DCCXXVI.

Apud urbem Toletanam in ecclesia praetoriensi sanctorum apostolorum Petri et Pauli omnes Hispaniae Galliaeque pontifices aggregati, dum cunctis residentibus in aspectu singulorum sese in alterutrum caritas diffusa monstraret alternisque vocibus relatio gratiarum Deo reddita sonuisset, adfuit idem serenissimus Egica princeps placida devotionis arce sublimis et cernua culminis reclinatione laudabilis, quique in medio pontificum positus humoque prostratus sacerdotum Dei se

CONCILIO TOLEDANO XV

De 61 obispos, celebrado el año I del serenísimo y orotdojo príncipe Egica, el dia 11 de mayo, era DCCXXVI.

Reunidos todos los obispos de España y Galia en la ciudad de Toledo en la iglesia pretoriense de los santos Apóstoles Pedro y Pablo, sentados todos, y advirtiéndose en el aspecto de cada uno el gozo que le causaba la mútua caridad; y habiéndose dado gracias á Dios en coro, se presentó el mismo serenísimo príncipe Egica, sublime en el tranquilo alcázar de la devocion, y loable por la humilde sumision de su eminencia, y colocado en medio

M.E.C.D. 2017

commendat orationibus; dein (1) surgens et sufficienti exhortatione (2) concilium alloquens innexa tomo sui culminis vota Dei sacerdotibus tradidit relegenda: Ecce, inquiens, beatissimi patres omne quod loqui me vobis aut circumloquutio onerosa cohibuit, aut communis sermo forsitan explicare non sinit, hìc brevi stylo complicui, hìc liquida renotationis insinuatione conjeci; his quaeso attendite, his pertractate, his deliberationis ferte inconvulsibilem sanctionem. Tunc nos oblatum a rege tomum suscepimus, et dantes gloriam Deo eidem principi benedximus, quo discedente haec in jam dicti tomi complicatione reperimus.

de los pontífices, y postrado en tierra, se encomendó á las oraciones de los sacerdotes de Dios: despues levantándose, y habiendo exhortado suficientemente al concilio, entregó á los sacerdotes de Dios un pliego en el que se contenian los votos de su alteza, añadiendo de viva voz: Beatísimos padres, traigo aqui escrito en pocas líneas todo lo que no pude espresaros en muchas palabras: ó lo que acaso no puede esplicar la conversacion ordinaria, lo he reunido todo en sustancia: os ruego que en ello pongais atencion, tratadlo y dadlo una sancion indestructible. Entonces nosotros recibimos el memorial de manos del rey, y glorificando á Dios, bendijimos al mismo príncipe: y despues de marcharse abrimos el tomo, y hallamos que decia lo siguiente:

In nomine Domini Flavius Egica rex reverentissimis patribus in hac sancta synodo residentibus.

En el nombre del Señor, el Rey Flavio Egica á los reverendísimos Padres que componen este santo sínodo.

Ecce, sublimissimi patres et coelesti jure honorandi mihi pontifices, speciosum vestri ordinis adiens coetum illa plus efferor potentia gaudiorum, quò in vestri medio positum non ambigo dominum Jesum Christum, ejus quippe sermonibus fidem accommodans quibus ait: *Ubicumque fuerint duo vel tres in nomine meo collecti, ibi ero in medio eorum*, tanta spei hujus fiducia feror, ut quidquid vestra fuerit sententia cautum non nisi eo dictante credam exorsum. Non ergo pudebit me illic cordis mei pandere sinum ex quo ubertim manant rivuli sanitatum. Attendite jam jamque unde cor serenitatis nostrae exaestuet, vel quibus ex causis moesti pectoris angustetur dolore. Illud mihi primo in loco dicendum occurrit, quòd divi patris nostri et soceri regale sortientes fastigium gemino me sentio juramenti rete implicitum, ita ut si unum ex his observantiae cautela conservem, ex alio nihilominus in perjurii crimen videar recidisse. Egit (a) enim idem divus socer (3) noster Ervigius princeps inter cetera, quibus me incauto et inevitabili conditionum sacramento adstrinxit quum adhuc mihi gloriosam filiam suam conjungendam eligeret, ut omnimoda sacramenti me taxatione constringeret, quo pro omni negotio filiorum suorum ita me ipsum opponendo sollicitus essem, qualiter eorum causae ad victoriam pervenirent, et quidquid me pro quibuslibet causis imperasset in omnibus jussa ejus implerem. Haec inquam jam dicto principi sub juramenti cautione promittens aliud e contrà me tempore mortis suae impegit, aliudque agere impulit: scilicet ut non antè regnum adirem, nisi primùm strictis me ju-

He aqui, eminentísimos Padres, pontífices á quienes por derecho celestial debo honrar, que presentándome ante vuestro ilustre órden me engrandezco mas por aquella potencia de los gozos, porque no me cabe duda de que en medio de vosotros, se halla nuestro Señor Jesucristo: dando crédito como le doy, á sus palabras de que *en donde se hallaren dos ó tres congregados en su nombre, alli estará en medio de ellos*: y es tanta la confianza que tengo en esto, que cualquier cosa que determinare vuestra sentencia, creo que ha sido dictada por inspiracion de Jesucristo. No me avergonzaré pues de manifestar alli los sentimientos de mi corazon, del que fluyen copiosamente raudales de salud. Atended al motivo por qué se abrasa el corazon de nuestra serenidad, ó por qué causas se angustia por el dolor de un pecho triste. Lo primero que se me ocurre decir es, que al suceder en el trono á nuestro Padre y Suegro de feliz memoria, siento hallarme comprometido por dos juramentos, pero de tal naturaleza que si observo el uno, creo ser perjuro al otro. Pues mi referido suegro, el príncipe Ervigio, entre varias cosas que hizo, fue una de ellas ligarme con un incauto é inevitable juramento, al darme por esposa á su hija gloriosa, para sacar victoriosos á sus hijos de cuantos asuntos tuvieran; debiendo cumplir este mandato al pie de la letra. Despues de esta promesa de mi parte, me hizo prestar otro juramento al tiempo de morir, á saber, que no admitiria el gobierno del reino hasta jurar que administraria justicia á los pueblos. Hízose asi, y me encuentro ligado con especiales vínculos

(1) E. 4. T. 1. 2. deinde.
(2) E. 4. exoratione.
(a) *Egit enim divus socer*, etc: En otros códices en vez de *Socer* se lee *Praedecessor*: creen muchos historiadores que Egica era hijo de Rey, y no nieto de Wamba: acaso fuera hijo de este, pues hablando de su Padre y de su suegro dice, *regale sortientes fastigium*.
(3) BR. E. 4. T. 1. 2. praecessor.

M.E.C.D. 2017

ramentorum vinculis alligarem, ut justitiam commissis populis non negarem. Acta sunt ista et specialibus conditionum probantur nexibus illigata. Quarum etiam duarum conditionum inevitabilem et sibi contrariam seriem, et illarum quas ob protectionem filiorum suorum mihi exegit, et illarum quas ob praeelectionem regni mihi exigendas instituit, paternitatis vestrae pertractanda consultibus destinavi, petens ut et benedictionibus vestris regno confirmatus inhaeream et sanctionis vestrae regulis viam qua discreto calle perjurii gradiar informatus agnoscam. Non enim potero perjurii effugere notam si aut jam dicti principis contra justitiam defendendo prolem non reddidero populis veritatem, aut propter veritatem, populorum zelans negotia, erga filios ejus promissionis meae non implevero vota. Additur super hoc ut fertur pressurarum ejus in plerosque acerbitas, quos indebitè rebus et honore privavit, quos de nobili statu in servitutem sui juris implicuit, quos tormentis subegit, quos etiam violentis judiciis pressit: pro quibus omnibus haec adhud insuper vox in querimoniam venit, quòd omnem populum regni sui ob tuitionem filiorum suorum jurare compulerit et ex hoc cunctis quasi aditum reclamandi obstruxerit. His omnibus pressurarum vocibus tabido anxietatis strepitu occupatus, cupiens periclitationis hujus elaqueari periculo, fiducia illa qua vobis vicinum esse Deum non ambigo vestris haec tractanda sensibus vestrisque judiciis dirimenda commito. Nam et ceteras causarum voces reliquasque jurgantium actiones, quae vestro se coetui dirimendae ingesserint, vestris opto judiciis consopiri, contestans generaliter omnes et vos sacrosanctos coelesti jure pontifices et vos regalis aulae viros nobiles et illustres per ineffabile illud sanctae Trinitatis et individuum sacramentum, et per domini nostri Jesu Christi sanguinem pretiosum ac diem futuri judicii pertremendum, ut in his omnibus commemoratis negotiorum capitulis, repulsa omni acceptione muneris vel favoris, fideli conscientiae oculo intendatis, quò in elucubrandis vocibus et negotiis universis ita operam detis, ne a justitiae tramite ullo modo decedatis, ut dum inflexibili aequitatis culmine judicia vestra sese in conspectu Domini placitura direxerint, et mihi de admonitione lucrum et vobis pro aemulatione justorum judiciorum proveniat gaudium exoptatum. Datum sub die V iduum majarum.

Agnita igitur hujus tomi serie vel perlecta primùm nobis illud ordine consequenti occurrit, quo primitias nostri spiritus Domino consecrantes collationis nostrae primordia a sanctae fidei soliditate inciperent ordienda. Sanctam igitur et definitam a patribus fidem pia confessione fatentes, sicut eam Nicaena synodus sanxit, sicut Constantinopolitana patrum aggregatio edidit, vel

de condiciones. Y como que son contrarias las de ambas promesas, á saber, la de protejer á los hijos, y la de hacer justicia á los pueblos, me ha parecido conveniente consultar á vuestra paternidad acerca de estos particulares; pidiendo que me permitais seguir gobernando el reino, confirmándome en él por vuestras bendiciones, y haciéndome conocer por las reglas de vuestra sancion la senda por donde debo caminar sin caer en perjurio: el que no podré evitar si defendiendo contra justicia la prole del referido príncipe, fuese injusto con los pueblos; ó si siendo justo con estos no mirase por los ya mencionados hijos. Sobre este último particular se dice que Ervigio trató á muchos con crueldad, privándolos indebidamente de sus bienes y honores, haciendo á unos siervos suyos, de nobles que antes eran, atormentando á otros, y oprimiendo á algunos con juicios violentos: todos los cuales tienen aun quejas pendientes, por haber hecho jurar á toda la nacion la defensa de sus hijos, quitando con esto á muchos la accion de reclamar. Conmovido pues por el grito de todos estos lamentos, y deseando verme libre del peligro, os encargo con aquella confianza, en virtud de la cual no dudo que estais próximos á Dios, que trateis esto con detencion, y lo falleis con madurez. Porque deseo que se terminen con vuestros juicios las demas causas y disputas que se presentaren á vuestro concilio; poniendo por testigos en general á vosotros y á los varones nobles é ilustres del Palacio mediante aquel sacramento inefable é individuo de la santa Trinidad, por la sangre preciosa de nuestro Señor Jesucristo, y por el tremendo dia del juicio futuro, de que mis deseos son que en todos los capítulos mencionados de los negocios obreis sin acepcion alguna de don ó de favor, con conciencia pura: y que cuideis en la dilucidacion de voces y en todos los negocios de no apartaros de modo alguno de la justicia; para que logrando vuestros juicios por la inflexible cumbre de la equidad agradar al Señor, reporte yo por mis amonestaciones el lucro, y vosotros el gozo deseado por la emulacion de los justos juicios. Dado el dia 11 de mayo.

Conocido pues, ó leido el contenido del pliego, lo primero que se nos ocurrió fué, empezar á tratar de nuestra santa fé, para consagrar al Señor las primicias de nuestro espíritu: confesando con devocion piadosa la santa fé definida por los Padres, segun la sancionó el concilio de Nicea, el de Constantinopla, el de Efeso bajo la presidencia de Cirilo, y el de Cal-

M.E.C.D. 2017

Ephesini coetus Cyrillo praesidente traditio protulit, atque etiam Chalcedonense concilium declaravit, sic etiam eam tenendam omnibus praedicamus sicut et pertraditum a patribus symbolum profitemur ac dicimus:

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium conditorem: et in unum dominum Jesum Christum filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia secula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non factum, homousion Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantiae, per quem omnia facta sunt quae in coelo et quae in terra, qui propter nos et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est de Spiritu Sancto et Maria virgine homo factus, passus sub Pontio Pilato, sepultus tertia die resurrexit, ascendit in coelos, sedet ad dexteram Patris, iterum venturus in gloria judicare vivos et mortuos. cujus regni non erit finis: credimus et in Spiritum Sanctum dominum et vivificatorem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui loquutus est per prophetas: in unam catholicam atque apostolicam ecclesiam: confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum: expectamus resurrectionem mortuorum, vitam futuri seculi. Amen.

Post hujus igitur piae confessionis prolatam devotis vocibus regulam ad illa nos illico convertimus contuenda capitula, pro quibus muniendis ante hoc biennium beatae memoriae Romanus papa Benedictus nos litterarum suarum significatione monuerat, quae tamen non in scriptis suis annotare curavit sed homini nostro verbo renotanda injunxit, ad quod illi jam eodem anno sufficienter congruèque responsum est, nos tamen nunc eamdem renotationem hominis nostri studiosiùs relegentes invenimus quòd in libro illo responsionis fidei nostrae, quem per Petrum regionarium Romanae ecclesiae miseramus, id primum capitulum jam dicto papae incautè visum fuisset a nobis positum, ubi nos secundùm divinam essentiam diximus: Voluntas genuit voluntatem sicut et sapientia sapientiam. Quod vir ille incuriosa lectionis transcursione praeteriens existimavit haec ipsa nomina, id est voluntatem et sapientiam non secundùm essentiam sed aut secundum relativum (a) aut secundùm comparationem humanae mentis nos posuisse: et ideo in ipsa renotatione sua ita nos admonere visus est

(a) *Nec secundum relativum.* Pregúntase si los nombres *Sabiduria y Voluntad* los usan los SS. PP. segun la relacion ó segun la sustancia. Cuya cuestion la resuelve el Maestro de las Sentencias lib. 1. dist. 27, en donde siguiendo á San Agustin enseña, que los nombres que significan sustancia se toman tan solamente *illud de illo.* Santo Tomas 1 parte, quaest. 39, art. 5, se espresa asi: *es menos impropia esta locucion,* NATURALEZA DE NATURALEZA, Ó SABIDURIA DE SABIDURIA, *que esta otra,* ESENCIA DE ESENCIA. Aunque San Agustin, Lib. 7, de Trinitate cap. 1. y 2. aprueba esta, *sabiduria de sabiduria*; y lib. 15. de Trinitate, cap. 20, esta otra, *voluntad de voluntad.* Pero todos los SS. Doctores hablaron alguna vez con mas claridad de la que permite la propiedad del lenguage; por lo que semejantes locuciones no deben estenderse sino esponerse; de manera que los nombres abstractos se aclaren por los concretos, ó por los nombres personales. Por lo que, estas proposiciones, *esencia de esencia ó sabiduria de sabiduria,* se espresan por los nombres personales; como si se dijera, *el Hjo que es la esencia y la sabiduria, dimana del Padre, que es la esencia y la sabiduria.*

cedonia: y predicamos que todos la observen del mismo modo que nosotros confesamos y decimos el símbolo que nos enseñaron los Padres á saber.

Creemos en un solo Dios Padre omnipotente, hacedor del cielo y de la tierra, y criador de todas las cosas visibles é invisibles, y en un solo Señor Jesucristo, Hijo unigénito de Dios, nacido del Padre antes de todos los siglos, Dios de Dios, luz de luz, Dios verdadero de Dios verdadero; nacido, no hecho, consubstancial al Padre; por quien se hicieron todas las cosas en el cielo y en la tierra, el que por nosotros y por nuestra salvacion descendió y encarnó del Espíritu Santo y de la Vírgen Maria se hizo hombre, padeció bajo Poncio Pilato, y sepultado resucitó al tercero dia, subió á los cielos, está sentado á la diestra del Padre, y vendrá otra vez con gloria á juzgar á los vivos y á los muertos, cuyo reino no tendrá fin. Creemos en el Espíritu Santo, Señor y vivificador, que procede del Padre y del Hijo, y que debe ser adorado y glorificado con el Padre y con el Hijo; el que habló por medio de los Profetas; y en una católica y apostólica iglesia: confesamos un bautismo para la remision de los pecados: esperamos la resurreccion de los muertos, y la vida del siglo futuro; Amen.

Despues de haber hecho con devocion esta piadosa profesion de fé, nos ocupamos inmediatamente de la sancion de aquellos capítulos, cuya suscripcion nos habia encargado dos años atras por medio de sus cartas Benedicto, pontífice romano de santa memoria; y cuyos puntos no habia sin embargo cuidado de comprenderlos en su escrito; sino que se los manifestó de palabra *á nuestro hombre,* para que nos los hiciera notar: á lo que ya se le respondio suficiente y congruamente en el mismo año. Mas no obstante, nosotros ahora leyendo con mas cuidado la advertencia de *nuestro hombre,* hemos hallado que en aquel libro de la respuesta de nuestra fé, que habiamos enviado á la iglesia romana por medio de Pedro regionario, pareció al referido Papa, que nosotros habiamos puesto incautamente el primer capítulo, en donde digimos, segun la divina esencia: *la voluntad engendró á la voluntad, como la sabiduria á la sabiduria.* En lo que no reflecsionando aquel varon, por no haberlo leido con todo el necesario cuidado, juzgó, que estos mismos nombres, esto es, voluntad y sabi-

M.E.C.D. 2017

dicens: Naturali ordine cognoscimus quia verbum ex mente originem ducit, sicut ratio et voluntas: et converti non possunt ut dicatur, quia sicut verbum et voluntas de mente procedit, ita et mens de verbo aut voluntate. Et ex ista comparatione visum est Romano pontifici voluntatem ex voluntate non posse dici: nos autem non secundùm hanc comparationem humanae mentis neque secundùm relativum sed secundùm essentiam diximus: Voluntas ex voluntate sicut et sapientia ex sapientia. Hoc enim est Deo esse quod velle, hoc velle quod sapere, quod tamen de homine dici non potest. Aliud quippe est homini id quod est sine velle, et aliud velle etiam sine sapere. In Deo autem non ita est, quia simplex ibi natura est, et ideo hoc est illi esse quod velle, quod sapere. Quapropter qui potest capere voluntatem ex voluntate secundùm essentiam nos dixisse, non de hujusmodi laboravit proposita quaestione. Quod etiam in jam dicto responsionis et fidei nostrae opusculo sollicitè legentibus et intelligentibus claret, ubi et apposita illic beati Athanasii sententia id ipsum nos debere sentire pronuntiat dicens: *Hanc de Deo religiosae opinationis sententiam retinemus, ut non aliud ejus voluntatem, aliud credamus esse naturam.* Si ergo secundùm quod hic doctor dicit, id debemus sentire ut non aliud Dei voluntatem, aliud credamus ejus esse naturam, hoc ergo est ejus voluntas quod et natura, hoc natura quod substantia vel essentia. Filius igitur Dei de essentia Patris natus est essentia de essentia, sicut natura de natura et substantia de substantia, et tamen nec duae essentiae, nec duae naturae, nec duae substantiae possunt dici, sed una essentia, natura atque substantia, sicut et lumen de lumine, non duo lumina sed unum lumen, sicut et essentia de essentia, non duo essentiae sed una essentia, sicut natura de natura, non duae naturae sed una natura, sic et voluntas de voluntate, non duae voluntates sed una voluntas; quia non est aliud Dei voluntas, aliud ejus natura, quod jam superiùs Athanasio doctore firmatum est. Ac proinde quidquid de Deo secundùm essentiam dicitur (b) communiter in singulis personis convenire videtur, sicut sapientia et fortitudo vel cetera, quia et Pater sapientia et Filius sapientia potest dici; fortitudo quoque et Pater potest et Filius appellari: quod secundùm illam comparationem humanae mentis nullo modo potest dici, quia, verbi gratia, mens si in persona Patris ponatur, verbum jam quasi ex mente prodiens Filius intelligitur, et voluntas procedens ex mente et verbo Spiritus Sanctus significatur, nec tamen

duria, habian sido puestos por nosotros, no segun la esencia, sino segun lo relativo, ó segun la comparacion de la mente humana; y por lo tanto pareció que nos amonestaba en su advertencia con estas palabras: Conocemos por el órden natural, que la palabra trae su orígen de la mente, como la razon y la voluntad; y no puede formarse una conversion, de modo que se diga, que asi como la palabra y la voluntad proceden de la mente, por la inversa, esta procede de la palabra ó de la voluntad. Por cuya comparacion pareció al romano pontífice que no puede decirse que voluntad procede de la voluntad; mas nosotros no dijimos que segun esta comparacion de la mente humana, ni segun lo relativo, sino segun la esencia, la voluntad procede de la voluntad, como la sabiduria de la sabiduria; porque para Dios es el ser lo que el querer, y el querer lo que el saber; lo que sin embargo no puede decirse asi del hombre. Porque es muy distinto en el hombre el ser sin el querer, y distinto tambien el querer sin el saber: mas en Dios no es asi; porque alli la naturaleza es simple, y por lo tanto para él es lo mismo el ser que el querer, y que el saber. Por lo cual el que puede concebir que nosotros digimos que la voluntad procedia de la voluntad segun la esencia no entendió la cuestion que se ventilaba: lo que está claro en el referido opúsculo de nuestra respuesta y fé para el que con cuidado quiera leerle y entenderle: en donde se puso la sentencia del beato Atanasió, que dice, que se piense como nosotros, por estas palabras: *Opinamos religiosamente acerca de Dios que no es distinta su voluntad de su naturaleza.* Y si segun lo que este Doctor dice, debemos opinar, que no es otra la voluntad de Dios, que su naturaleza: luego es lo mismo su voluntad que su naturaleza, é idéntica su naturaleza á su sustancia ó esencia. Pues que el Hijo de Dios nació de la esencia del Padre, esencia de esencia, asi como naturaleza de naturaleza, y sustancia de sustancia; y sin embargo, no pueden decirse dos esencias, dos naturalezas, ni dos sustancias, sino una esencia, una naturaleza y una sustancia; y asi como la luz de la luz, no son dos luces, sino una, la esencia de la esencia no son dos esencias, sino una, la naturaleza de naturaleza no son dos naturalezas, sino una naturaleza; del mismo modo la voluntad de la voluntad no son dos voluntades, sino una voluntad; porque no es una la voluntad de Dios y otra su naturaleza, como ya se ha afirmado arriba con el testimonio de San Atanasio. Y por lo

(b) Esta regla general y axioma universal es propio de todos los Teólogos al hablar de la Trinidad; y está tomado de San Agustin, el que en el lib. 3. *de Trinitate* se esplica asi. *ciertas cosas se dicen tan solamente de cada una de las personas: otras significan la unidad de la esencia, y las que se dicen de cada una* en particular *se espresan en singular, y los que son comunes, se indican comunmente; mas tambien hay otras cosas que se dicen de Dios metafóricamente y por semejanza.* Del mismo modo se esplica San Ambrosio, lib. 2. *de Trinitate,* en el prólogo.

M.E.C.D. 2017

recurrit ut possit dici, ut aut mens quae in significatione Patris est posita Filio vel Spiritui Sancto conveniat, aut verbum quod solùm Filius intelligitur Patri vel Spiritui Sancto comparetur, aut voluntas quae in persona Spiritus Sancti accipitur aut Patris aut Filii personae convenire dicatur; sed sic singula singulis secundùm comparationem humanae mentis conveniunt, ut unumquodque quod ex his unus dicitur, alius penitus non dicatur, sicut et relativo vocabulo Pater nominatus non est ipse qui Filius, vel Filius quum dicitur non est ipse qui Spiritus Sanctus, nec Spiritus Sanctus ipse est qui Pater vel Filius. Ac per hoc illa nomina quae comparativè ex homine assumuntur ideo secundùm comparationem humanae mentis dicuntur, ut quoquomodo ad contuendum illud divinae Trinitatis ineffabile sacramentum humana infirmitas excitetur. Secundùm hanc igitur comparationem putati sumus dixisse: Voluntas ex voluntate, quod utique dici vel sentiri absurdissimum est: ac proinde longè aliud est regula qua de Deo aliquid secundùm essentiam dicitur, aliud quum secundùm comparationem humanae mentis aliquid de illo pronuntiatur. Nos proinde consentientes et sequentes doctoris egregii Augustini (a) sententiam diximus secundùm divinae Trinitatis essentiam: Voluntas de voluntate, sicut et ipse in quinto decimo libro Trinitatis Dei pronuntiat ita dicens: Meliùs quantum existimo dicitur consilium de consilio et voluntas de voluntate, sicut substantia de substantia, sapientia de sapientia. Hic jam quisquis est sapiens manifestè intelligit non nos hic errasse, sed illos forsan incuriosae lectionis intuitu fefellisse, quia quod a nobis est secundùm essentiam dictum illi secundùm comparationem humanae mentis positum putaverunt.

tanto cualquiera cosa que se dice de Dios segun la esencia, parece que conviene comunmente á cada una de las personas, como la sabiduria, fortaleza, ect. porque el Padre puede llamarse sabiduria, y el Hijo sabiduria, y el Padre y el Hijo pueden llamarse tambien fortaleza; lo que segun aquella comparacion de la mente humana de ningun modo puede decirse; porque v. g. la mente si se coloca en la persona del Padre, el Verbo que sale como de la mente, se entiende que es el Hijo, y la voluntad procedente de la mente y del Verbo significa el Espíritu Santo. Y sin embargo, no puede decirse que ó la mente que está colocada en la significacion del Padre convenga al Hijo ó al Espíritu Santo; ó que el Verbo, que se entiende solamente del Hijo, se compare al Padre ó al Espíritu Santo; ó que la voluntad que se coloca en la persona del Espíritu Santo se diga que conviene á la persona del Padre ó del Hijo; sino que de tal manera cuadra cada cosa de por sí á cada una de las personas segun la comparacion de la mente humana, que cada una de las cosas que se dicen el uno, no se dicen el otro, asi como en las palabras relativas cuando se habla del Padre no es el mismo que el Hijo, ni cuando se dice el Hijo es el mismo que el Espíritu Santo, ni este último es el Padre, ni el Hijo. Y por esta razon aquellos nombres que comparativamente se toman del hombre, se dicen segun la comparacion de la mente humana, de modo que de cualquier manera que se espresen escitan nuestra humana flaqueza para contemplar aquel inefable sacramento de la Trinidad divina. Y segun esta comparacion se creyó que habíamos dicho, que la voluntad procede de la voluntad, lo que seria el mayor absurdo decirlo ó sentirlo: y por lo tanto es muy distinta la regla en virtud de la cual se dice algo de Dios segun la esencia, de cuando se habla de él segun la comparacion de la mente humana. Por cuyas causas nosotros conformándonos con la sentencia del esclarecido Doctor Agustin, y siguiéndola en un todo hemos dicho segun la esencia de la divina Trinidad, que la voluntad procede de la voluntad, conforme él lo afirma en el libro 15, *de la Trinidad de Dios*, por estas palabras: *A mi modo de entender mejor se dice consejo de consejo, y voluntad de voluntad, asi como sustancia de sustancia y sapiencia de sapiencia.* Y de aqui resulta que cualquier sabio entiende con claridad que no hemos errado, sino que acaso ellos han sido engañados, por no haber leido con detencion: puesto que lo que nosotros digimos segun la esencia, juzgaron que lo habíamos dicho segun la comparacion de la mente humana.

(a) Véase á San Agustin lib. 15 *de Trinitate* cap. 20, y al Maestro de las Sentencias lib. 1. dist. 5.

M.E.C.D. 2017

De tribus substantiis in Christo manentibus domini Juliani assertio manifesta.

Ad secundum quoque retractandum capitulum transientes, quod idem papa incautè nos dixisse putavit, tres substantias in Christo Dei filio profiteri, sicut nos non pudebit quae sunt vera defendere, hinc (4) forsan quosdam pudebit quae vera sunt ignorare. Quis enim nesciat unumquemque hominem duabus constare substantiis, animae scilicet et corporis? De quibus Apostolus specialiter loquitur dicens: *Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem.* Sicut et ille sitiens Deum clamabat in psalmo: *Sitit te*, inquit, *anima* (a) *mea, quam multipliciter et caro mea.* Necnon et alia multa quae hominem duabus substantiis constare pronuntiant. Contra quam regulam invenimus item in scripturis aut carne plerumque sola nominata totum hominem posse intelligi, aut anima sola interdum nominata totius hominis perfectionem agnosci. Quapropter natura divina humanae sociata naturae possunt et tres propriae et duae tropicè appellari substantiae. Sed aliud est quum per proprietatem totus homo exprimitur, aliud quum a parte totus intelligitur: est enim quidam modus loquutionis qui frequenter in scripturis divinis positus invenitur, quo significatur a parte (b) totum: hic etiam tropus apud grammaticos synecdoche dicitur. Scribitur enim in libro Genesis secundùm istam tropicam loquutionem significantem a parte totum: *Factus est homo in animam viventem*, quum homo non solùm ex anima sed et carne constet. Item similiter a parte totum, ubi omissa substantia animae sola carnis substantia nominatur, sicut in psalmo scribitur: *Ad te omnis caro veniet*, quum omnis homo non solùm ex carne sed et anima constet, et tamen sola carne nominata totus homo intelligitur, sicut et sola anima nominata totus homo accipitur. Nam et in Exodo volens similiter scriptura homines a parte totum intelligi sic (c) dicit: *Septuaginta animae ingressae sunt cum Jacob in AEgypto*, quum ipsae septuaginta animae non sine suis corporibus illic ingressae fuissent. Ex carnis quoque nomine totum hominem intelligi voluit qui dixit: *Et in carne mea videbo Deum*, quum non sine animabus suis resurgenda sint corpora. Ecce per consuetudinem scripturae sacrae probavimus et propriè hominem ipsis quibus constat substantiis appellari, et tropicè a parte totum hominem posse intelligi. Si quaeras cul-

Asercion manifiesta del Doctor San Julian acerca de la existencia de tres sustancias en Cristo.

Pasando pues á tratar del segundo capítulo, en que el mismo Papa juzgó que habiamos dicho con poca cautela que habia en Cristo, Hijo de Dios, tres sustancias; manifestamos que asi como nosotros no nos avergonzaremos de defender la verdad, otros acaso deberán abochornarse de ignorarla. Pues ¿quién ignora que cualquier hombre consta de dos sustancias, á saber, alma y cuerpo? de las cuales habla especialmente el Apóstol cuando dice: *y aunque este nuestro hombre que está fuera se debilite, pero el que está dentro se renueva de dia en dia.* Asi como aquel sediento clamaba en el salmo: *de tí tuvo sed mi alma; de muy muchas maneras mi carne á tí*: y otros muchos pasages que manifiestan que el hombre consta de dos sustancias. En contra de cuya regla leemos tambien en las Escrituras, ó que con solo el nombre de carne se puede entender las mas veces todo el hombre; ó que nombrando solo el alma se comprende la perfeccion de todo el hombre. Por lo cual la naturaleza divina asociada á la humana puede llamarse tres sustancias propiamente hablando, ó dos tan solas, sirviéndonos de metáfora. Pero es distinto cuando se espresa el hombre entero por la propiedad, de cuando se entiende el todo por la parte, pues es cierto modo de hablar que emplean con frecuencia las Escrituras divinas, por el cual se significa el todo nombrando solo una parte, cuya figura se llama entre los gramáticos Sinécdoque. Se escribe pues en el libro del Génesis segun esta locucion trópica que entiende el todo por la parte, *fue hecho el hombre en ánima viviente*; siendo asi que el hombre no consta solamente de alma, sino tambien de carne. Del mismo modo por la parte el todo, cuando omitida la sustancia del alma se nombra sola la de la carne, como se escribe en el salmo: *á tí vendrá toda carne*, siendo asi que el hombre no solo consta de carne, sino de alma; y sin embargo, nombrando solo aquella, se entiende todo el hombre; asi como nombrando solamente el alma, tambien se entiende todo el hombre. Pues queriendo la Escritura en el Exodo que se comprendieran los hombres, el todo por la parte, dice: *entraron setenta almas en Egipto con Jacob*; puesto que estas setenta almas no entrarian sin sus cuerpos. Tambien bajo el nombre de carne quiso que se entendiera el hombre completo el que dijo: *y en mi carne*

(4) E. 4. T 1. 2. ita forsitan.

(a) Este pasage no se lee del mismo modo en la *Vulgata*, que en la version de los *Setenta*: pues en la primera se dice, *de tí tuvo sed mi alma, de muy muchas maneras mi carne á tí*; y en la segunda, *siente mi alma una sed tan ardiente de vos que se comunican sus efectos aun al mismo cuerpo.* Otras interpretaciones varían en algo, si bien el sentido es el mismo.

(b) Véase á San Agustin lib. *de doctrina christiana*, y á San Isidoro lib. 1. Sentent. cap. 26.

(c) Exod. 1. v. 5. Genes. 46, et Deuteron. 10.

M.E.C.D. 2017

pam, (a) nec ille errasse dicendus est qui totum hominem carne et anima nominata expressit; quia utrumque inculpabiliter dici scriptura divina convincit. Et tamen quum jam probatum teneamus nec illam nec istam partem esse culpandam, quaerendum est, quae pars plùs possit esse ad totum hominem intelligendum facilior atque etiam repulsa omni obscuritate lucidior, utrùm ea quae solam carnem nominans et animam tacitè ibi vult intelligi, an ea quae animam et carnem exprimens totum dicit? quod ut manifestiùs innotescat, quaedam exempla ponenda sunt. Ecce juxta superiorem tropicae loquutionis modum, quod synecdoche dicitur, quo aut pars a toto aut totum a parte intelligitur, scriptum invenimus de flagellatione AEgypti in psalmis: *Immisit in eis muscam caninam*: necnon et illud: *Dixit et venit locusta et bruchus*: volens scriptura isto genere loquutionis non singularitatem sed pluralitatem muscarum et locustarum intelligi: non enim una musca vel locusta, sed multitudo muscarum et locustarum repleverunt AEgyptum. At nunc si aliquis nostrorum modò dicat, misit Deus in AEgypto muscas, locustas et bruchos, pluralem numerum proferens quod et utique verum est, numquid in parte ista quae pluralitatem confitetur potest calumnia cadere, ut dicatur non esse verum quod utique verum est de multitudine locustarum quae repleverunt AEgyptum? Tale quippe et illud est ubi populus ad Moysem clamavit dicens: *Ora ad Dominum ut auferat a nobis* (b) *serpentem*, quum non unius serpentis sed multorum serpentium molestias ille populus pateretur. Hoc etiam more et Apostolus loquitur in loco illo ubi ait: *Quoniam ex operibus legis non justificabitur omnis caro*: ac si diceret *omnis homo*, a parte carnis totum hominem intelligi volens. Sic ergo et de domino nostro Jesu Christo quum scriptum sit de illo in evangelio: *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*, caro sola est nominata ut illic tacitè intelligeretur et anima secundùm supradictum loquutionis modum quo homo a parte totus accipitur: quae loquutionis regula plerumque et a patribus est servata. Sic enim ex hoc beatus Cyrillus in libro qui vocatur Scholia (c) dicit: Quomodo igitur Verbum caro sit factum videre necesse est: primùm quidem divina scriptura carnem plerumque nominat et quasi ex parte animalis totius significationem facit, necnon etiam a solâ anima interdum tantumdem agit: scriptum

veré á Dios: puesto que los cuerpos no han de resucitar sin sus almas. Por el lenguage usual de la Escritura sagrada hemos probado que se comprende propiamente el hombre espresando las mismas sustancias de que consta, y que puede entenderse tambien figuradamente el hombre todo con solo nombrar una de sus partes. Si se busca aqui culpa, ni se dirá que erró aquel que espresó á todo el hombre nombrando una de sus partes, ni tampoco el que lo hizo mencionando la carne y el alma; porque la Escritura divina convence que pueden decirse las dos cosas sin culpa. Y sin embargo de haber ya probado que no se debe culpar á ninguna de las dos partes, debe examinarse cuál espresa con mas claridad y sin confusion todo el hombre, ¿si la que nombrando á sola la carne quiere que se entienda tambien alli el alma, ó aquella que para nombrar el todo espresa el alma y la carne? lo que á fin de probarlo con mas claridad se corroborará con algunos egemplos. En efecto, segun el referido modo de hablar figurado, que se llama Sinécdoque, en virtud del cual, ó por la parte se entiende el todo, ó por este la parte, hallamos escrito en los salmos acerca de las plagas de Egipto: *les envió una mosca canina*: y tambien aquel pasage: *y vino una langosta y oruga*; queriendo la Escritura que con este lenguage se entendiera, no una mosca ó una langosta, sino una multitud de ambas especies; pues que eran un sinnúmero las que habian invadido el Egipto. Y si alguno de nosotros dice ahora: envió Dios al Egipto moscas, langostas y orugas, hablando en plural, como asi es verdad ¿acaso en esta parte que confiesa la pluralidad puede calumniársele, diciendo que no es cierto lo que sí lo es, de que llenaron el Egipto una multitud de langostas? De idéntico modo el pueblo clamó á Moises diciendo: *pide al Señor que nos libre de la serpiente*; puesto que no eran molestados por una serpiente sola sino por muchas. De igual manera habla tambien el Apostol cuando dice: *porque por las obras de la ley no será justificada toda carne*, como si dijera, *todo hombre*; queriendo que se entienda todo el hombre nombrando solo la carne. Asi pues se habló tambien de nuestro Señor Jesucristo cuando se escribió en el evangelio: *el Verbo fue hecho carne, y habitó entre nosotros*, nombrando solo la carne, para que tambien se entendiera alli fácilmente

(a) *Si quaeras culpam, nec ille errasse* etc. Este período está falto de un miembro: y debe suplirse del modo siguiente: *Si quaeras culpam, nec ille errasse dicendus est, qui hominem a parte totum nominavit; nec iste culpandus est, qui totum hominem carne, et anima nominata expressit; quia utrumque inculpabiliter dici Scriptura sacra convincit.*

(b) Este pasage se espresa con alguna leve alteracion en el cap. 21 de los Numeros; pues la traduccion latina no habla de serpiente en singular, sino de serpientes. La interpretacion de los LXX dice serpiente, como aqui.

(c) Acaso el libro de San Cirilo á que San Julian tituló en este pasage *Scholia*, son los comentarios á San Juan; pues interpretando en el lib. 1, cap. 15, las palabras, *et Verbum caro factum est*, se esplica asi; *no significan otra cosa sino que el Hijo de Dios, y Dios por naturaleza, se hizo hombre; ni tampoco se dice con esto nada de nuevo; porque muchas veces la divina Escritura, haciendo solamente mencion de la carne, si puedo esplicarme asi, entiende al hombre completo.*

M.E.C.D. 2017

est enim quòd videbit omnis caro salutare Dei. Et ipse divinus Paulus: *Non consensi*, inquit, *carni et sanguini*. Alloquutus est autem eos qui sunt ex Israël pontifex Moyses: *In septuaginta quinque* (a) *animabus descenderunt patres tui in AEgyptum*; sed non idcirco dixeris quòd nudae et sine carne animae in AEgypto descenderunt, nec porrò quod in animabus, corporibus (*inanibus corporibus*) et solis carnibus salutare suum Deus indulserit. Quoties igitur audimus carnem factum esse Verbum, hominem intelligamus ex anima et corpore factum: et cetera. Item sanctus Augustinus in libro Quaestionum contra Apollinaristas sic dicit: Si ubicumque caro fuerit nominata et anima tacita,sic intelligendum est ut anima ibi non esse (*ibi esse*) credatur, nec illi habebant animam de quibus dictum est: *Et videbit omnis caro salutare Dei:* et illud in psalmo: *Exaudi preces, ad te omnis caro veniet:* et illud in evangelio: *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis ut omne quod dedisti ei non pereat. sed habeat vitam aeternam.* Unde intelligitur solere homines per nominationem solius carnis significari, ut secundùm hanc loquutionem etiam illud possit intelligi ut quod dictum est: *Verbum caro factum est*, nihil dictum sit, nisi Verbum homo factum est: sicut enim a parte totum plerumque nominata sola anima homo intelligitur sicut est illud: *Tot animae descenderunt in AEgyptum*, sic rursus a parte totum etiam nominata sola carne homo intelligitur. Item ipse in libro Enchiridion dicit: Verbum caro factum est a divinitate carne suscepta, non in carnem divinitate mutata. Carnem quippe hic hominem debemus accipere, a parte totum significante loquutione, sicut dictum est: *Quoniam ex operibus legis non justificabitur omnis caro*, id est omnis homo. Quapropter haec est patrum plena ex scripturarum more libata sententia, ut quum a parte totum unaquaelibet hominis assumpti in Christo substantia nominatur, illic statim et altera intelligatur. Nam etsi una secundùm hoc tropum tacetur et alia dicitur, duae tamen nihilominus intelliguntur. Nemo ergo jam dicat, quum audit totum hominem a parte posse intelligi, non debere tres in Christo substantias profiteri, quum isto genere loquutionis aliud ex altero cogatur intelligi. Nihil ergo diversitatis est sive tropicè una sive propriè gemina hominis nominata substantia, quum utraque loquutio hominem a Deo assumptum non nisi in duabus substantiis nos intelligere et confiteri permittat: ac per hoc tres in Christo substantias profiteri ille non dubitabit qui hanc rationem plena conditio-

el alma segun el referido lenguage, en virtud del cual se entiende todo el hombre mencionando solo una parte; cuya locucion usaron con frecuencia los Padres. Hé aqui como se esplica San Cirilo en el libro titulado *Scholia*, hablando de este particular: *Es pues necesario ver como el Verbo se hizo carne. Primeramente la divina Escritura llama las mas veces carne, y como de una parte del ánima entiende la significacion del todo; y otras con solo espresar el alma se entiende el todo; pues está escrito, que toda carne verá la salud de Dios. Y el mismo divino Paulo dice:* no me acomodé á carne y á sangre. *Y el pontifice Moises habló á los Israelitas de este modo*: tus padres descendieron al Egipto en setenta y cinco almas, *y no se dirá por esto que bajaron las almas al Egipto desnudas y sin carne; ni tampoco que Dios concediese su salud á los cuerpos y á las solas carnes sin almas, pues cuantas veces oimos* que el Verbo se hizo carne, *entendemos que se hizo hombre, compuesto de alma y cuerpo*, etc. Ademas San Agustin en el libro de las Cuestiones en contra de los Apolinaristas se esplica asi: *en cualquier parte donde espresamente se diga carne, se entiende tácitamente alma, de modo que debe creerse que hay alma alli, y todos aquellos de quienes se dijo*: y verá toda carne la salud, *la tenian de Dios*; y *aquel pasage del salmo*: oye mis preces toda carne vendrá á tí; y *el otro del Evangelio*: como le has dado poder sobre toda carne, para que todo lo que le diste á él no perezca, sino que tenga vida eterna. *De donde se deduce que se acostumbra significar á los hombres por solo el nombre de carne; de modo que bajo esta locucion puede tambien entenderse aquello que se dijo*: el Verbo se hizo carne; *en lo que solo se dijo que el Verbo se hizo hombre; asi como nombrada la parte se entiende muchas veces el todo, como cuando se dice alma que se entiende el hombre: de cuya especie es aquel pasage*, tantas almas bajaron al Egipto, *en el que nombrada la parte se entiende el todo, porque en la carne se comprende todo el hombre.* El mismo en el libro llamado *Enchiridion* dice, EL VERBO SE HIZO CARNE, *tomada esta por la divinidad, no habiéndose mudado la divinidad en carne. Tambien en el pasage siguiente debemos entender por carne el hombre, por la parte el todo, pues en él se dijo:* porque por las obras de la ley no se justificará toda carne, *esto es, todo hombre.* De modo que la plena sentencia de los Padres, sacada de las Escrituras, es que cuando por la parte se nombra el todo espresando una sola sustancia de Cristo que se hizo hom-

(a) *Septuaginta quinque.* Asi se lee en el Exod. segun la interpretacion de los LXX: del mismo modo se espresa el cap. 7. de los Hechos de los Apóstoles; mas en el 46 del Genes. v. 26 y 27 se lee: *todas las almas que entraron en Egipto con Jacob, y salieron de su muslo, sin contar las mugeres de sus hijos, sesenta y seis. Y los hijos de Joseph, que le nacieron en la tierra de Egipto, dos almas. Todas las almas de la casa de Jacob, que entraron en Egipto, fueron setenta.* Están conformes con este número el cap. 10 del Deuteron. segun los LXX y tambien la traduccion *Vulgata.* El que quiera enterarse de cuanto necesite en este particular lea la esposicion, del P. Scio al v. 27. cap. 46 del Génesis, y fácilmente conciliará ambos números.

M.E.C.D. 2017